



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica XLII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

DOMINICA XLII.

QVÆSTIO CX.

† Octauo

*Quid vetat Deus in † septimo
præcepto?*

RESP. Non solum ea furta & rapinas, quas magistratus punit *a*: sed furti nomine comprehendit, quicquid est malarum artium & aucupiorum, quibus aliena captamus, & ad nos *vi b*, aut specie recti *c*, transferre studemus: qualia sunt, iniquum pondus, iniusta *vlna*, inæqualis mensura *d*, fucosa merx, fallax moneta *e*, usura *f*, aut alia quæuis ratio aut modus rem faciendi à Deo interdictus *g*. His adde omnem auaritiam, & multiplicem diuinorum donorum profusionem & abutum *i*.

a Leu. 19. 11. 13. 1. Cor. 6. 10. *b* Luc. 3. 14. *c* 1. Thes. 4. 6. *d* Leuit. 19. 35. 36. Prou. 11. 1. Deut. 25. 13. 14. 15. *e* Amos 8. 5. 6. 7. *f* Exo. 22. 25. Pf. 15. 5. Ezech. 18. 12. 13. *g* Jer. 22. 13. *h* 1. Tim. 6. 9. 10. Luc. 12. 15. *i* Iohan. 6. 12. Prouerb. 23. 20. 21.

QVÆSTIO CXI.

*Quæ sunt ea, quæ Deus hic
iubet?*

RESP. Ut commoda & utilitates proximi, quantum possim, adiuuam & augeam *a*: cum eo sic agam, ut mecum agi cuperem *b*: sedulo

& fideliter opus faciam, ut aliorum quoque egestati subuenire queam *c*.
a Deu. 22. 1. 2. 3. Phil. 2. 4. *b* Mat. 7. 12. *c* Eph. 4. 28. Hebr. 13. 16.

DOMINICA XLIII.

QVÆSTIO CXII.

*Quid exigit * octauum præceptum?*

RESP. Ne aduersus quempiam dicam falsum testimonium *a*, nullius verba calumnier *b*, nulli obtrectem *c* aut conuitium faciam *d*, neminem temere vel indicta causa condemnem *e*: verum omnis generis mendacia *f*, fraudes *g*, ut opera Diaboli propria *h*, nisi in me grauissimam iram Dei concitare velim, omni cura fugiam *i*: in iudicijs cæterisque negotijs veritatem lecter *k*, & id quod res est, libere *l* & constanter profitear *m*: adhæc famam aliorum & existimationem, quantum queam, defendam *n* & augeam *o*.

a Exo. 23. 1. Prou. 19. 5. *b* Prou. 4. 24. Leu. 19. 16. *c* Iac. 4. 11. *d* Tit. 3. 12. *e* Io. 7. 50. 51. Lu. 6. 7. *f* Leuit. 19. 11. *g* Rom. 3. 13. 14. *h* Ioh. 8. 44. *i* Psalm. 5. 7. *k* Zach. 8. 19. *l* Prou. 2. 17. Eph. 4. 25. *m* 2. Corinth. 1. 17. *n* 1. Sam. 19. 4. *o* 1. Sam. 16. 18.

* *

DO.